



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

46. Litera capituli Osnaburgensis, scripta pape intuitu ecclesie
Paderbornensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

monasteriis et capellis, dum ibidem missarum et aliorum divinorum solempnia celebrabuntur, aliisque locis, ubi, quando et quociens expediens fuerit, publice nuncietis et publicetis . . . ipsumque ut talem vitetis et ab aliis arcus evitari faciatis, donec et quousque predictis sex diffinitivis sententiis . . . realiter paruerit et absolutionis beneficium a nobis vel superiori nostro meruerit obtinere. . . . Absolucionem vero . . . nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum . . . fidem . . . promulgata fuit hec presens declaratoria per nos Petrum, episcopum et executorem. . . . Rome in domo habitationis nostre hora vesperarum ad iura reddendum pro tribunali sedentes sub anno Domini MCCCCXXIX, pontificatus . . . domini nostri pape anno duodecimo, die vicesima secunda mensis Junii, presentibus ibidem . . . Johanne Pigonche sancti Petri Insulensis, Gotfrido Dubier, beate Ode Rodonensis, Tornacensis et Leodiensis ecclesiarum et Petro Fabri, clericorum Leodiensis diocesis, testium ect.

Michael Siqueti, clericus, in decretis baccalaureus, Vaniensis¹⁾ diocesis autoritate apostolica notarius.

Copia littere capituli Osnaburgensis domino pape Eugenio ad instanciam capituli Paderbornensis scripte.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

Oscula devotissima pedum beatorum, Beatissime **46.**
 pater! Vestre beatitudinis devoti oratores prepositus, 1431
 decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis, nostri ^{10.} Sept.
 amici singulares, nobis . . . significarunt, qualiter . . .
 dominus Theodericus, archiepiscopus Coloniensis, sibi et
 ecclesie sue Coloniensi ecclesiam Paderbornensem, quam
 ut . . . administrator . . . possedit, sine eorum consensu . . .

¹⁾ Vannia, jetzt Venzone, Stadt in Italien.

obtinuit uniri et [in]corporari, pretendens, prefatam ecclesiam . . . fore ita exilem et . . . devastatam, . . . sic quod proprium episcopum . . . tenere et nutrire non valeret; . . . taliaque coram Sanctissimo pie recordationis domino . . . Martino, . . . papa V^o, . . . diversimodo fore proposita ac . . . relata.

Ut igitur tali modo veritas non occultetur, . . . prelibati . . . nobis attente supplicarunt, Vestre Beatitudini nostris scripturis premissa pro veritate nobis nota manifestare.

Et cum . . . ecclesia Paderbornensis in confinibus nostre ecclesie sit constituta et una inter solempniores kathedrales ecclesias Almanie hucusque fuerit . . . reputata ac . . . per longa retroacta tempora per duces, comites et nobiles recta et gubernata, necnon fuerit plurimorum oppressorum circumvicinorum singulare presidium et defensio, civitate nobili Paderbornensi, opidis et castris, pluribus insigniis fulcita, per nos non noscitur taliter exilis, devastata et suppressa, quin bene sufficiat pro proprio nobili . . . pastore et episcopum adhuc de ducum, comitum ac nobilium prosapia valeat nutrire et sustentare, . . . sic quod potius videri nostro,¹⁾ si alteri ecclesie unita existeret, deberet ab illa disiungi, quam incorporacione et unione coniungi.

Que omnia . . . Vestre Beatitudini notificamus, . . . supplicantes . . . quatenus Vestra Beatitudo . . . Paderbornensem ecclesiam velit illesam sine unione ad alteram . . . conservare. . . .

Pro quo nos . . . una cum dictis dominis Vestre Beatitudini . . . perpetue manebimus obligati.

Scriptum Osnaburgi die X mensis Septembris nostro sub secreto anno Domini MCCCCXXXI.

¹⁾ nach unserm Dafürhalten.